

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De vt Eloquentiæ. Capvt IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

De veteri Eloquentia,

¶. 1. 2.
de imper.
Eloquen-
tia arti mi-
litari per-
quam ne-
cessaria.
σούς οὐτως α-
νατούσιν χρή-
ση σάλπης
τηγίσεις το-
χέσις ἀ-
μμάνων μά-
χης οὐ προ-
τότοις ἀ-
ποτίθε-
ται.

41
loquentia non mediocriter indigent : Et quod ad militiam quidem attinet , quantum ab eloquentia subsidijs expiat , testis est Onesander , qui inter undecim boni Imperatoris conditio- nes , eloquentiam vel precipuam numerat . Hinc enim (inquit) maxima , præcipuaque in exercitu commoda deriuantur ; siquidem Imperatoris vehementi concione , erecti , excita- tique milites , ardua queque , & formidolosa excipiunt , ac propositam in laudem , victoriam que aeriter decertando conspirant , nec ita auribus percipi : tubarum clangores animos ad pugnam acciunt , & irritant , vt hortatur ad virutem & gloriam oratio ; vigorem mentis ad obiecta pericula erigit , imo & metu conterrit , peneque iacentes constanti roborat hor- tatione . Quamobrem perspicax ille cæcus , va- tum parens , eloquentiam in ducibus tantope- re commendat , cum Menelai suavitatem , Ne- storis flumen mellum , Vlyssis vim & grauitatem celebrat . nec dubium , quin heroicis tē- poribus Imperator plurimum splendorum at- tulerit ratio quædam , & industria dicendi ; quod in dies apud Graecos & Romanos , ma- joribus usque adeò manauit incrementis , ut rari essent Imperatores eloquentiae ciuilis im- periti . Eloquentiam ciuilem dico ; neque enim Imperatorem velim affectare genus dicendi politum , ex schola & Rerorum floculis illa- gitum . sed magnum , vehemens , excelsum , quod optimi ingenii viribus incitatum , non- nihil ab arte , summounque virorum limato- judicio , usque Reip. & quotidiana diserto- rum consuetudine capiat expositionis .

De concessionibus , & iurisperitis , quorum splendor inter literatos est maximus , nihil attinet dicere , norunt omnes quantum in elo- quentia præsidij sicut , atque collocatum ha- beant . Non ita genus igneum trahans omnias , cæteras yniuersi partes arcans viribus incitat , vt omnes artes , & disciplinas accendit vis di- cendi , sine qua eas non modò languescere , sed & penitus contabescere necesse est .

Accedat ad hæc Cornelij Taciti præclara authoritas , qui in dialogo de claris Orat. sic loquitur : Eloquentia parat simul , & tuerit amicitias , asciscit nationes , complectitur pro- uincias ; qua non altius in ciuitate nostra ad vi- litatem fructuosius , vel ad dignitatem amplius , vel ad viribus famam pulchrius , vel ad totius imperij , atque omnium gentium noti- iam illustrius excogitari potest : nam si ad vi- tilitatem vitæ omnia consilia , factaque nostra

dirigenda sunt , quid erit tutius , quam eam eligere artem , qua semper armatus , præsidium amicis , opem alienis , salutem periclitantibus , inuidis verò & inimicis metum , & terrorem vtrō feras , ipse secus , & velut perpetua quadam potentia , ac potestate munitus , cuius vis & utilitas rebus propè fluentibus aliorum præ- sidio intelligitur : si proprium periculum increpuit , non (hercule) lorica , aut gladius in aeie firmius munimentum , quam reo & pericli- tanti præsidium , & telum , quo propugnare pa- riter , & lacerare vel in iudicio , siue in Senatu , siue apud principem possit .

De vi Eloquentia.

C A P V T I V .

C onciliatricula res , & efficax capiendis il- ligandisque animis eloquentia , vbi præ- fertim ad sapientiam , viraque integratam comes accederit ; huius enim velut subnixa pennis Oratoris anima in ipsa auditorum pe- catoria influit . & gratissima omnium seruitute sibi mancipat , qua simul atque ingressa est , quid non efficit . Inflammanti sunt animi : In ignem accendit ; pungendis in stimulos a- cultur ; illusrandis funditur in lucem ; conso- landi spargitur in Nepenthes ; compescendi frænum est ; sanandi Panacea est ; deliniendi fit . Sirenula : dici non potest quot sunt lenoci- nantis facundia mites præstigiae : quot & quam admirabiles effectus .

Haud errat quisquis , qui cum Philone- Iudæo , eloquentiam ἐλέκταλιν & Ψυχῆς dixe . Philo in li- bro quod

Certè Julianus Imperator illam cum Mer- curio virginem non inscite comparat . Hæc idem sit & In crepus : taceat omne pecus , volviturque , fera- liber . Julianus que . Et simulant fessos curvata cacumina somnos , ep. 2. ad Iā- Nec trucibus fluiis idem sonus occidit horror . hic cum , pa- Aequoris , & terra maria acclinata quiescet . 158. epist. cunt . Grac.

Vis simus eloquentiae potentiam ? agnosce . Stat. in in Aristide : Smyrna Ioniae ciuitatum pulcher . Philo , ad rimam , sub M. Antonino , terræ motu miserans somnum , dum in modum collapsa , prostrata queiebat . s. Sylvianus . Aristides verò monodiam ad Imperatorem philos . in scripsit , vt ad miseram ciuitatis ruinas resarcien . Sophistis das inuitaret : ybi post descripta virbis ante flo- Arist. in o- rentis pulchritudine in locum illum pertexit ut ad Ang- yv . Ἡ στόποις ἐργαζονται τοις καταπνεοτις , τονινοι . nunc .

Alii
Quintilia
no tribu-
sus .

nunc autem desolata perflant Zephyri, Antoninus ad hanc vocem suspirijs, & lachrymis sum testatus dolorem, continuo Theodosio Asiae praefecto mandauit, ut Smyrnam reparet.

Vis callidam, & herorum expugnaticem Suadam ingenioso ipsius Oratoris stragema te gliscentem? Lampsacenos statuerat Alexander, quod Persis studerent fuiditus euertere, iamque erat in procinctu ferro, & furore incitatissimus, cui ad eum a suis municipibus missus est Anaximenes (magni illius Alexadri preceptor), vt culpam deprecaretur, quo cognito Rex in iracundia persistes, iurauit se Anaximenes precibus omnia contraria facturum; At egregius orator furentem iuuenit animum subdole mitigans. Nonveni, inquit, Alexander vt putas, deprecator culpe, sed auctor iustitiae, iniquem egrent Lampasaceni, rei sunt Maistratis: hoc igitur ate postulo, vt eorum vxores, & liberos ab corona vendas, templa incendas, vibem in plana submittas. Alexander, qui si praceptoris petitioni aduersaturum per omnia dixerat, scit se captum, & subridens omnia condonauit.

Eunapius
in. 1. de so.
Sap. res. v.
Eustathij eloquentia
delinuit.

Vis Praetigiarecum? Eustathium intuere, cuius memini! Sardianus invira Aedesij, ybi de Eustathij legatione ad Saporem, copiosius agit. Sapores homo imperiosus, & aditu difficilis erat, & fama ferebatur; postquam tamen de more legationis, Eustathio ad regem patuit accessus, vultus modestiam, suauemque oculorum serenitatem Sapores demiratus, varijs auribus hominem timore percillere conatus est: verum ybi placidis auribus viri dicta pariter, & argumenta modestè, atque expedite percursor concepit, foribus exceedere illum paulisper iussi, mox per cubiculos ad communem mensam rex illum introuocat, paret Eustathius, vt erat natura factus ad obsequij momenta, & omnem rationem humanitatis, ad epulas regales accedit, ybi cum de honorum contemptu inter pocula disseruisse, tantum regiae fortunæ, & ornamentorum Sapori fastidium iniecit, vt parum absuerit, quin Rex tiaram rectam abiecerit, & cum purpureo paludamento, gemmata monilia deposita cum Eustathij penula commutarunt: fieri illud prohibuerunt affinitate coniuncti, qui Philosophum merum præstigiarem dictabant.

Hac eadem eloquentia C. Gracchus lachrymas inimicis excusit, bella indixit Demosthenes, Catilinam fregit Tullius, Sicariorum enes in suum iugulum districtos heberauit

Antonius, vrbes cepit Cynicas,
Per medios ire satellites,
Et per rumpere amat (anæ).
Potentius ita fulmineo..

De ortu & progressu Eloquentia.

C A P V T V.

ORIGO Eloquentia antiquissima est, si quidem cum oppidis hominumque cœtibus iure congregatis habuit initium: Cum constet duabus potissimum rebus vinciri ciuitates, iustitia, & sermone. Narrat Aristides magnam inter ipsius mundi nascentis cunabula rerum perturbationem exitisse. Cum hominem nudum, & inertem vniuersa pene animalia multis partibus anteirent, variisque molestij, arque angoribus, quibus ipse præ consilij inopia cedere cogebatur, excrucierent, ipsi deinde homines inter se, belluarum more, fœdissime tumultuantur.

Hanc conditionem miseratus Prometheus ille fabulosus, cœlum conscendit, vt subsidia salutis, & ornamenta referret dignitatis. Quapropter eius gratia partim delinitus Iupiter, partim etiam hominum miserijs (vt qui quotidie dilabebantur) grauiter commotus, Rhetoricam sub comitatu Mercurij misit in terras, iussisque vt eius ipsius copiam ficeret mortalibus, ne tamen instar theatralis pecunia promiscue largiretur omnibus, sed lectissima quæque, & generosissima ingenia deligeret, qua tam præstantis doctrinae opibus ad suam, multorumque locupleraret utilitatem. Hinc primi hominum cœtus, industria, consilia, machinationes, artes, opesque floruerunt.

Hanc ille lepidissimam fabellam citat, vt Rhetorica antiquitatem, necessitatemque commander. Constat certe Rherorum nomen antiquissimum esse, & longè ante Philosophorum appellationem: quippe Homerus eius ipsius meminit Iliadis primo, ybi Phœnicem Achiliā Peleo patre admotum, quasi doctorem eloquentia, morumque moderatorem innuit, & expresse, πρῆπε λόγων, περιτταὶ τε ἐργῶν nominauit. Quin eius temporibus, iam caluisse in concionibus eloquentia studium ostendit, cum heroes illos antiquos ob linguæ facultatem efficerat laudibus. Nam Menelao argutam breuitatem, Nestori melleam suavitatem tribuit, Vlyssi verò copiam niuibus hibernis Paris Ressimillimam, έπεια scilicet φρέσος τουτα τοι.

Aristid.
Orat. 2. pro.
Rhet. Apo-
logus Lopis-
dus.

Homerus
D. a.
Rhetorum
nomen an-
tiquissimum.
ἔπη τε λόγων
Phœnicē ab
Homero di-
citur.